



Cosmed

Dalla stereotomia ai criteri antisismici: crocevia di sperimentazioni progettuali. Sicilia e Mediterraneo (XII-XVIII secolo)

Sigla estensore

A. Ar.

Luogo

Palermo

Cantiere

Chiesa di San Francesco d'Assisi

data

1468

Committente

Antonio Mastrantonio, *regius miles*

Nome maestro

Pietro de Bonitate

Francesco Laurana

qualifica

magistri sculptores

cittadinanza e/o provenienza

Lombardo, ma residente a Palermo

Dalmata, ma residente a Palermo

Tipologia del documento

Contratto di obbligazione

data topica e cronica

Palermo, 2 giugno 1468

Segnatura

Archivio di Stato di Palermo, *Notai defunti*, Giacomo Randisi, reg. 1154 bis, cc. n. n.

Riferimento bibliografico

Il documento è trascritto in G. DI MARZO, *I Gagini e la scultura in Sicilia nei secoli XV e XVI. Memorie storiche e documenti per l'abate Gioacchino di Marzo*, Palermo 1883, II, doc. n. 5, pp. 7-8.

Regesto

Gli scultori Francesco Laurana e Pietro de Bonitate si obbligano al palermitano Antonio Mastrantonio per la realizzazione della sua cappella gentilizia nella chiesa di San Francesco d'Assisi a Palermo.

Note (eventuali)



Cosmed

Dalla stereotomia ai criteri antisismici: crocevia di sperimentazioni progettuali. Sicilia e Mediterraneo (XII-XVIII secolo)

Trascrizione

Magister Petrus de Bonitate et magister Franciscus de Laurana, sculptores, habitatores Panhormi, presentes coram nobis, sponte in solidum promiserunt et se sollemniter obligaverunt magnifico domino Antonio de Magistro Antonio, regio militi, civi Panhormi, presenti et stipulanti ab eis, fabricare et de novo facere bene et magistraliter, sine impericia, seu fabricari facere etiam magistraliter et sine impericia quamdam cappellam intus ecclesiam conventus Sancti Francisci dicte urbis Panhormi, ad omnes et singulas expensas dictorum magistrorum, tam de marmoris, quam de magisterio, quam etiam de manualibus necessariis ad opus fabrice dicte cappelle, ac etiam ponere totam calcem necessariam fabrice dicte cappelle et etiam omnes lapides necessarios fabrice predictae, et in eadem cappella facere, ut dicitur, lu pavimentu sive planu cum li scalini di marmora; item carnariam cum eius lapide sive cohoperchio etiam di marmora; item in eadem cappella facere quamdam sepulturam di marmora super columnis etiam de marmora; item altare cum lapide ditti altaris etiam di marmora super quatuor columnas etiam di marmora; item quamdam figuram sive immagine gloriose Virginis Marie, ut dicitur, di grandiza a lu naturali, bene et magistraliter laboratam; item, ut dicitur, fari l'ochiu et la chiavi dammusii dicte cappelle di marmura, nec non facere totum arcum, ut dicitur, di la fachata di fora cum figuris, juxta designum datum per eosdem magistros eidem domino Antonio, subscriptum manu propria magnifici domini prothonotarii, incipiendo laborare ad requisicionem dicti domini Antonii, et laborari facere bene et magistraliter sine impericia, et continue fabricare et fabricari facere et non desistere, ita et taliter quod hinc ad annum unum cum dimidio sit expeditum opus predictum. Et hoc pro unciis auri ducentis ponderis generalis in totum, ita quod ipse dominus Antonius solum habeat solvere pro toto opere predicto dictas uncias ducentas, tantum et non ultra. Pro qua causa predicti magistri, ad instanciam dicti domini Antonii, sunt confessi habuisse et recepisse ab eodem per bancum honorabilium Joannis Petri et Joannis de Rigio, et assignatas eidem magistro Francisco, de voluntate dicti magistri Petri, pro emendo et habendo lapides marmoreos, uncias quinque, renunciantes exceptioni, etc. Et totum restans ipse dominus Antonius dare et assignare promisit dictis magistris stipulantibus ab eo ... prout ipsi magistri fabricaverunt et fabricari fecerunt opus predictum: promittentes sollemniter et convenientes predicti magistri in solidum predicto magnifico domino Antonio, stipulanti ab eis, predictum opus et omnia necessaria fabrice predictae cappelle et super expressa bene et magistraliter fabricare et fabricari facere sine impericia et non deficere : alias quod teneantur ad omnia interesse et damna. Que omnia, etc. Et juraverunt omnes , etc.

Testes: magnificus dominus Girardus Agliata, prothonotarius regni Sicilie, dominus Guido de Crapona, doctor, et Antoninus Agliata.

Die II ejusdem mensis junii predictus magister Petrus de Bonitate, presens coram nobis, tam suo proprio nomine, quam nomine et pro parte dicti magistri Francisci, pro quo de rato promisit etc. , sponte, ad instanciam dicti magnifici domini Antonii de Magistro Antonio, presentis et petentis, est confessus se ab eodem domino Antonio habuisse et recepisse zuccari unius cocte cantarea duodecim et rotulos XXVII per manus nobilis Raynerii Agliata, pro pretio unciarum auri quatuor et tarenorum trium *** pro quolibet cantaro; ac etiam habuisse et recepisse in alia manu uncias quatuor per bancum Guillelmi Ajutamicrosto in pecunia numerata, renuncians exceptioni, etc. , ultra pecunias in proxima nota contentas , et ultra uncias quinque in nota proxima habitas per dictum magistrum Franciscum.

Testes: presbiter Joannes de Caldarono, Roffinus de Flumine et Antonius de Massa.